

Decisionum Aurearum Lib. I.

non tenetur, iudicandum est, ac si non esset copia sacerdotis: que quidem peccata non confessa non potest in alterum annum differre, sed statim sublati impenitentio tenetur, habita oportunitate, confiteri, Sotus dist. 18. q.2.art. 5. circa 19 tertium argum. Sed an id, † quod diximus de summa Eucharistia, extendi debat ad susceptionem cuiuslibet sacramenti? dic quid in aliis sufficit contritio, præterquam si suscepturus esset ordinem sacram; non propter dignitatem illius sacramenti; sed propter Eucharistiam, quam illic ordinati ex more ecclesiastico suscipiunt. Sed ytrum etiam hoc extendatur ad eum, qui sacramenta aliis administrat, vel actum solemnem exercet in Ecclesia: veritas est, quod in talibus sufficit contritio, Sylu. in ver. confessio. 1.q.2. versi. primus. vsque secundus. Sotus in 4.senten.dift. 1.q.5. art. 6. col. 6. Cantare vero epistolam in Ecclesia etiam publicè ei, qui non est Subdiaconus, nullum est peccatum: mos enim 20 est sacrificari. Sotus ibi. [Sed † an possint exerceri actus, qui potestatem praesupponuntur iurisdictionis Ecclesiasticae ab eo, qui est in culpa mortali absque cōtritione: v.g. corriger judicialiter delinquentem, excommunicare, suspendere, interdicere, & ab eisdem absoluere, uel dispensare. Respondebat Med. C.de Confess tract. 1. q.6. versi. esset etiam, quid simpliciter non est necessarium de culpa mortali paenitere ad huiusmodi actus exercendum, quamvis ex suppositione necessarium sit, si velit eos digne, & meitorie exercere.]

S V M M A R I V M .

- 1 Ordinis sacerdotalis potestas duplex, consecrations, & administrationis.
- 2 Potestates ordinis sacerdotalis, non eadē, nec eodem tempore instituta, neque idē respiciunt.
- 3 Potestas claustrum metaphoricè dicitur, que triplex est: & ibi de unaquaque.
- 4 Clausis ministerialis, quid differat à pot-

- State iurisdictionis.
 - 5 Papa iurisdictio triplex secundum Doct.
 - 6 Pallii usus perpetuus in summo Pontifice, quid significet in solemnis missarum.
 - 7 Papa habet specialem iurisdictionem, que est multiplex, & etiam generalissima.
 - 8 Clausis ministerialis quatenus extendatur in sacerdote, & in Papa.
 - 9 Clausis ministerialis duplex, potestatis, & scientie: & que.
 - 10 Iurisdictione ordinaria, delegatave, qui vtanitur.
 - 11 Potestatem absoluendi, quicunque praest cura animarum, delegare potest.
 - 12 Delegatus à Papa, quando delegare posse, quando non.
 - 13 Prelatus ex privilegio absoluendi determinatos subditos, subdelegare non potest, secus respectu subditorum in generale, & num. seq.
 - 14 Subdelegare num possit prelatus non approbatum ab ordinario.
 - 15 Prelatus potestarem generalem absoluendi concedere non poterit, sed tantum cum occurrerit.
 - 16 Industria persona septem casibus electa cognoscitur, nec in iis delegari potest. & nam. 19. & 20.
 - 17 Industria persona septem casibus electa cognoscitur, nec in iis delegari potest. & nam. 19. & 20.
 - 18 Episcopus examen sibi à Papa commisum cum clausela, in quo conscientiam suam oneramus, &c. potest alteri committere.
 - 21 Delegatus ab inferiore non potest subdelegare, nisi expressum sit. Et quid de Vicario episcopi, & Pontificis penitentiariis, & num. 22. & 23.
 - 24 Delegatus ab inferiore, quo casu possit subdelegare,
 - 25 Principis delegatus, an subdelegando possit dare licentiam iterum subdelegandi.
 - 26 Religiosus excommunicatus absoluens, an, & quando incidat in excommunicacionem. & quid si ignorans. num. seq.
 - 28 Religiosus absoluens ab excommunicacionibus expressis in c. monachi. & in c. cum illorum, an excommunicationem incurrit.
 - 29 Presbyter secularis absoluens excommunicatus, an incidat in illam.
- Episcopi